

# NOS AUGUSTINUS CAJETANUS RIBOLDI

Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII Praelatus Domesticus Solio Pontificio Assistens.

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

**PAPIÆ EPISCOPUS**

et Comes.

Universis et singulis praesentes litteras inspecturis fidem facimus atque testamur Nos Lodierna die solemni ritu consecrasse et dedicasse Ecclesiam Praeposituralem loci Landriani huius dioecesis, ejusdem altare minus Beatissimae Virgini Mariae dicatum, in eoque reliquias Sanctorum Martyrum Vitalis et Donati inclusisse, ac singulis Christifidelibus in ipsa die consecrationis eiusmodi annuum, in die vero anniversaria consecrationis huiusmodi (quae erit semper Dominica III Octobris) ipsam visitantibus, quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta concessisse.

In quorum fidem et testimonium praesentes dedimus litteras manu nostra signatas, a Cancellario Nostro subscriptas, Sigilloque Nostri impressione communitas. Papiae, ex Aedibus Praeposituralibus Landriani, die vigesima secunda Junii, anni a nativitate Dni millesimi octingentesimi octuagesimi sexti, Indictione Romana XIV, Pontificatus Praelaudati Sanctissimi Domini Nostri Leonis divina providentia Papae XIII anno IX, Episcopatus vero Nostri anno X.

+ Augustinus Episcopus Papiensis.

Canon. Andreas Mazzini Marchelli

Cancellarius Episcopalis